

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Manuscripta politica - Cod. Durlach 164**

**[S.l.], [16. Jahrh.]**

Instructiones pro dilectis filiis Hieronimo Cardinale [...] Hungarai delatore  
legatio & Fabis [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-102924](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-102924)

Instructiones pro dilectis filijs Hieronimo  
 Cardinali Bruntfisenensi ad Hungariam delatore  
 legato & Fabio Nigranello ad Carissimum  
 in Christo filium nostrum Ferdinandum  
 regem, Ill<sup>mo</sup> nuncio, nostris superremiti,  
 gratiora Ecclesie in Germania partibz, p.  
 Paulus papa Tertius.

Quamprimum ad prefatum Ferdinandum regem pervene-  
 rit, eum nostro nomine salutabit, & congratulabimur,  
 ni de pace, inter eum & Christianissimum etiam in Christo  
 filium nostrum Joannem regem, subsequuta, ob quam  
 etiam nostro nomine sua Maiestatis gratias agatis,  
 cum pro certo teneamus ultra inclinationem, qua ob eo-  
 rum regionem, & pietatem habebant ad ipsam pacem, &iam  
 monitionibus, & exhortationibus nostris in hoc aliquem  
 locum tenuisse. Congratulabimur etiam de sponsalibus, sive  
 nuptijs subnuptis inter filium Christianissimum in Christo  
 filij nostri Sigismundi Poloniae regis, & ipsius Ferdinandi  
 regis filiam.

Post haec dicetis ipsi Ferdinando regi, quod quam primum per  
 literas Venerabilis fratris Johannis Episcopi Mutinensis  
 nostri ad Maiestatem suam nunciij intelleximus, suam  
 Maiestatem <sup>eius</sup> esse sententiae, ut inter Catholicos, <sup>et</sup> Lu<sup>ca</sup>.

liberanos aliqua concordia tractaretur, & ad hoc aliqui  
Commissary illuc mitterentur, nos pro, ut semper fecimus,  
religioni, pietati, & prudentie sue cultum tribuentes, decre-  
vimus in hoc sententiam suam sequi, & sic vos duos ad hoc  
elegimus, excusabilisq; aliquam tarditatem vestra profe-  
ctionis, his medijs, qua divina maiestas, & dexteritas inge-  
ny vestri vobis subministrabit, quod haud difficile erit,  
Cum votum sit non posse talia bene brevi tempore expediri.  
Dicetis etiam quod licet nulla alia causa concurreret, qua  
doveremur, ad vos illuc instruendos, nisi auctoritas sua, vos  
omnino <sup>non</sup> misissemus. Ita nos urgente Volo sua maiesta-  
tis erga religionem christianam, & sinceritatem animi sui,  
qua in omnibus actionibus suis respicit, ac non possumus  
non cultum differre in iudicijs & desiderijs suis. In hac causa  
autem <sup>prae-</sup> maiestatis sua auctoritatem concurrat <sup>etiam</sup> & reintegra-  
tio ecclesiae, quam illi qui eam edificavit unicam integram  
& non divisam esse voluit; concurrat <sup>etiam</sup> ut prudenter Ma-  
iestas sua consideret unionem uniuersae temporali in partibus  
illis Germania, qua sine conformitate religionis esse non  
potest, aut saltem non potest nisi breviss<sup>imo</sup> tempore durare.  
Unio autem quo ad res temporales Germania non solum valde  
proficiat ad ipsam Germaniam, & conterminas provincias  
ab infidelibus praeservandas, & defendendas, sed etiam ad tota

Christianitatem à Conatibus infidelium tuendam, cum  
 nullum aliud robur habeat ad presens Christianitatis, quo  
 possit potentissimi hostis nostri Conatibus resistere, quæ Ger-  
 maniam, licet nos (pro ut sitis) duos pro tractando hoc ne-  
 gotio reintegrationis præcipui mittamus, tamen contrarium  
 ostendere expediat, ne si forte Lutherani, pro ut alias fecer-  
 unt, reintegrationem huiusmodi negligere aut spernere,  
 Nos & hæc sancta sedes de veritate notari possimus.

Hæc autem potius ad instructionem vestram dicuntur, quam  
 quod putemus esse necessarium aliquid de hoc ipsi Ferdinando  
 regi scribere, Cui hæc omnia alias Maiestati sue significave-  
 rimus, ipse quæ opinionem nostram circa hoc probaverit.  
 Cui Maiestati sua ergo circa hoc aperte agatis, deus faciundo  
 Cui illis ex causa prædicta.

Vobis tantum duplicia mandata circa tractatum huius  
 reintegrationis, quorum ultimum plenius est, quam prius,  
 volumus quod ipsi Ferdinando regi utruumque ostendatis,  
 alijs autem non ostendatis, nisi debilius. Hæc autem  
 fieri volumus ex causa in proximo præcedenti capitulo di-  
 cta, scilicet ut si tractatus huiusmodi locus non sit, minus  
 detractum videatur dignitati vestre, & huius sanctæ  
 sedis Apostolicæ.

Credimus, quod ultimum mandatum nullo modo de insuffi-  
 cientia redargueretur, cum plenissima sit, si tamen ad  
 discussionem ipsius deveniatur, quod non erit, nisi in causa

quod de reintegratione huiusmodi sit magna spes, & Lutherani non nullam differant a Catholicis, poterit, si pro maiore satisfactio illorum oportuerit, mitti aliud, & tunc plenius mandatum, & hoc uos poteritis offerre, sed dum ambulamus in tenebris, nec adhuc possumus uobis aliquid particulare de ipsius Lutheranis polliceri, suffiat non solum ultimum mandatum, quod mittitur, sed etiam primum.

Poteritis adhuc omnia exponere deo Ferdinando regi, qui si forte videatur maiorem numerum Commissariorum in hac causa exigere poteritis dicere, quod attempta debilitate principis uisum est uobis quod duorum numerus praesertim talium, sit plusquam sufficiens, & si videbitur spes aliqua, quod super hoc negotio possit deueniri ad aliquam bonam conclusionem.

Nos si uisus fuerit non omittere mittere quot sua maiestati uidebantur oportuni cum pro talibus negotiis uellemus etiam (si possemus) personaliter uenire.